



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Philippus Nerus. Constantia in bene cœptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. PHILIPPUS NERIUS.

Constantia in bene cœptis.

Deus, qui ad procurandam animarum salutem, B. PHILIPPO tribuisti insignem in bene cœptis constantiam; da nobis firmam in tuo famulatu voluntatem, & institutæ ab illo Congregationi perennitatem.

Ora pro Congregationibus Oratorii,

Et

PHILIPPVS, Florentiæ exorsus vivere an.
 1521, à puero magna dedit futuræ
 sanctitatis indicia. Adolefcens natus annos
 16, dimiffa quam mercator patruus offere-
 bat hereditate, Romam venit ftudiorum
 profequendorum caufa; nec inde poftea
 egressus eft unquam. Cum litteris pietatem
 ftudiumque orationis jungens, multos fibi
 acquifivit in fpiritu filios * quorum gratia
 perfuafus Presbyterii ordinem fufcipere,
 etiam Oratorii Congregationem inftituit,
 quæ floret etiamnum, fingulis pene horis
 aliquid pii exercitii populo proponere fo-
 lita, præter proprias ipfi functiones. Ille
 vero, cum fuma erga proximos caritate
 arderet, erga Deum flagrabat tanta, ut æftus
 nimii cor impatiens, fublatis duabus co-
 ftulis, fpatium fibi laxarit. Cetera quæ fupra
 naturam fecit ac paffus eft, vitæ fcriptores
 expofuere, uti & eximias virtutes alias, qua-
 rum una fuit intemerata virginitas, merita
 incorruptionem corporis, ab an. 1595 ex-
 animis; quod anno 4 poft refoffum inte-
 grum, pergit celebrari miraculis: quibus rite
 examinatis Paulus V an. 1615, Beatû; Gre-
 gorius vero XV, 1622, Sanctum declara-
 runt. *Nemo mittens manum fuam ad aratrum
 & refpiciens retro, aptus eft regno Dei. Lu. 6*